

Hæc dicit Dóminus:

- ¹ Sed tu, Béthlehem Ephratha,
párvulus in mílibus Iudæ,
ex te mihi egrediétur,
qui sit dominátor in Israel;
et egréssus eius a tempóribus antíquis,
a diébus æternitátis.
- ² Propter hoc dabit eos
usque ad tempus, in quo partúriens páriet;
et relíquiæ fratrum eius
converténtur ad filios Israel.
- ³ Et stabit et pascet in fortitúdine Dómini,
in sublimitáte nóminis Dómini Dei sui;
et habitábunt secúre, quia nunc magnus erit
usque ad términos terræ,
- ^{4a} et erit iste pax.

Verbum Dómini.